



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

N

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

Montes pietatis.

- 1 Appobantur cum solutione ultra sortem pro ministris, & rerum custodia. Leo X. Anno 1515.
- 2 Moderata sit tamen solutio. *ibid.*
- 3 Prædicantes contra Montes ritè institutos, seu disputantes, ipso facto sunt excommunicati. *ibid.*
- 4 Episcopi ex officio suo iuxta sacros Canones cognoscat Eleemosynas Montis pietatis, seu caritatis, & exequantur, non obstantibus quibuscumque. Trid. sess. 22. cap. 8.
- 5 Etiam si cura ad laicos pertineat, & exceptionis priuilegio sint muniti. *ibid.*
- 6 In statu Ecclesiastico excommunicatur omnes inferiores Episcopis, qui quouis prætextu vel colore, præsumunt pecunias ad Montes pios attinentes in alios, quam in vissus pauperum, disponere, cum obligatione restituendi. Paul. V. apud Nald. *Furtum. num. 12.*

Munerum largitio verita
Regularibus.

- 1 Nulli donare possunt Regulares utriusque sexus. Clem. V III. Anno 1594.
- 2 Præter leuiora, esculenta, aut poculenta, seu ad devotionem spectantia, nomine communis. *ibid.*
- 3 Neque per se, neque per alios. *ibid.*
- 4 Neque Ordinariis ex causa benedictionis, habitus tradendi, aut professio nis Monialium. *ibid.*
- 5 Neque ipsis Religiosis inter se, nisi minima, & cum licentia superiorum in scriptis. *ibid.*
- 6 Prohibetur etiam erogatio pecuniae in honorem alicuius, seu gratianimi testificationem quouis modo significandam. *ibid.*
- 7 Quicunque recipit, tenetur ad restitutionem monasterio. *ibid.*
- 8 Poena imponuatur dantibus, privationis officiorum, inhabilitatis, vocis actiue, & passiue, ipso facto, furti, & simonia. *ibid.*
- 9 Quotannis legantur hæc coram Regularibus, & pro Monialibus in communem conuertantur linguam. *ibid.*

Notarius.

- 1 Possunt examinari ab Episcopo, Notarii, quicunque ii sint, & incepiti prohiberi ad tempus, & in perpetuum. Trid. sess. 22. cap. 10.
- 2 Collegium Notariorum Curia Episcopalis, si multi sint, restituatur, quod certum numerum pro Diocesis conditione continet. Prova.
- 3 Statuta conficiantur, ab Episcopo approbanda. *ibid.*
- 4 Idonei tantum per examen Episcopi recipiantur. *ibid.*
- 5 Reuocantur ii, qui de iure non possunt esse testes, ut indigni. *ibid.*
- 6 Neque admittantur ii, qui 25. annum non attigerint, & per quadriennium in Notariatus officio integrè, peritèq; non sunt versati. *ibid.*
- 7 Iurent se nihil dedisse, vel promisste pro obtinendo hoc officio, antequam adiungantur. *ibid.*
- 8 Itemque quod fideliter munus hoc exercebunt, nihil recipient à litigatoribus, vel aliis eorum nomine, præter taxam Epiloci non curabunt: ut sibi cause committantur, neque promotores erunt, vel procuratores in causis, coram Episcopo, aut Vicario, eorumque ministro. *ibid.*
- 9 Item quod omnes actus iudiciales conscribent, conscriptos, & instrumenta, & omnia alia in causis producta in regestum referent, debitamq; copiam dabant, sine fraude, contenti taxata mercede. *ibid.*
- 10 Illeq; quod secreta officii, & causarum nemini patefacient, præsertim dicta testū, & consilia Assessorum donec sententiæ latæ fuerint, & subscriptæ. *ibid.*
- 11 Denique iurent, quod mandatis Episcopi, parabunt, iniuncta officii, & iusta Officialium Collegii, seruabunt, & prædicta omnia sine dolo iniuliatæ præstabunt. *ibid.*
- 12 Originales processus videnti deferrant, nisi alicuius inopia aliud Episcopo suadeat. *ibid.*
- 13 Ettie nonnisi in proprio pluteo, Archiviu loco, neq; alio aportari licet etiam de consensu partium, præterquam iudici cause ostendenda. Pro. 5.

14 Ni-

- 14 Nihil edatur sine licentia Vicarii sub pena amissionis officii. *ibid.*
 15 Denuntient legata pia post tres saltus menses à morte testatorum sub pena excommunicationis ipso facto. *Prou. 2.*
 16 Notarii quortumcumque locorum tenentur in virtute sancte obedientiae & sub pena priuationis officiorum, ac solutione dupli, reuelare omnes dispositiones in favorem Sac. Aedis Lauretanæ factas, vel faciendas intra octo menses à die mortis disponenter, extra Italiam intra verò, infra tres menses. *Pius V. apud Naldum V. Eleemosyna. n. 12.*
 17 Si autem dispositio esset inter viuos, intra idem spatium à die solutionis facienda computandum. *Idem ibid.*
 18 Quām breuissimè possunt, scribant rejectis superuacancis, maximè in repetitionibus dignitatis iudicium, vel litigiorum. *Prou. 1.*
 19 In criminalibus potest Episcopus vii Notario criminali ciuitatis, qui, si aduenia sit, non excedat tamen taxā sub quo quis prætextu. *Congr. Ep. 14. Apr. 1615.*
 20 Vbi non sunt Notarii in Diœcesi, adhibeantur duo vitæ integritate homines, qui acta concrabit, iisque mercedis taxa maior ne sit, quām Notariis prescripta. *Prou. 3.*
 21 Cancellaria ne vendantur, locentur è nec earum nomine quidquam soluat, tur quātannis quoquis prætextu. *Prou. 1.*
 22 Tabella edatur eorum, quæ sunt expedienda gratis. *Prou. 5.*
 23 Pro litteris dimissoriis, seu testimonialibus ordinum seruetur decretum Concil. Trid. *ibid. V. Litt. dimissoria. & testimoniales. num. 14. 15.*
 24 Munera quæcumque ne recipiant Notarii, prout in iuramento supra posito. *Prou. 4.*
 25 Idem extenditur ad scriptores Cancellaria Episcopalis. *Prou. 5.*
 26 Mercedem, quām acceperint, scribant in fine causa, seu processus, notatis diebus, quibus diuisim acceperint. *Prou. 4.*
 27 De emolumentis Cancellarie Episcopalis nihil prouersus utilitatibus priuatae ad Episcopum, ciuium menam, aut Vicarium aliosne nisi ad Cancellariam, Cancellarium, & ministros perueniat, sub

pena quadruplici in Ecclesiæ restauratio-
 ne, vel sacrificiæ vsum erogandi. *Prou. 5.*
 28 Cettus in ea habeatur liber protis-
 num Ecclesiæ, Parochialium præ-
 fertim, aliorumq; beneficiorum, quæ
 examine adhibito conferuntur, in quo
 scribantur acta examinatis, dies vacatio-
 nis, & modus dies edicti, & protoga-
 tionis eiusdem; nomina examinato-
 rum, & examinandorum; dies exami-
 nis, rejectorum, approbatorum, nomē
 electi ab Episcopo, & his similia. *ibid.*
 29 In alio libro scribatur confessariis, cō-
 cionatores approbati, seu rejecti cum
 nominibus examinatorū. Itē ordinati,
 & alii, qui examini subiiciuntur. *ibid.*
 30 Alia notabiliora, & criminalia quo-
 que in tabellas referantur. *ibid.*
 31 Notarios Episcopales tenentur omni-
 no sibi sumere Iudices, & alii in lite-
 ris remissorialibus, & compulsoriali-
 bus Ecclesiastici deputati in iis ex-
 quendis. *Prou. 7.*
 32 Notarius Episcopi gaudet priuilegio foti. *Gratian. disc. cap. 340. tom. Et si de-*
 linquit, etiam sit laicus, punitur ab E-
 pisculo. *R. Icc. in prax. ref. 471. num. 3.*
V. Forum Episcopale. n. m. 31. 59. 68.
Præfatio Episcopi. n. m. 58.

A D D I T I O.

Nuncius Apostolicus.

Non debet exercere Diuina in Ec-
 clesia Archiepiscopi sine eiusdem
 licentia. *Congr. Rit. q. Martij 1593.*
2 Neque potest ordinare clericos illius
 Provincie ordinibus sacris sine facul-
 tate sedis Apostolicæ, sub penam *Cont.*
Trident. Congreg. Concil. 16. April. 1653.
Vide. Archiepiscopus.

Oblationes.

Oblationum institutum in Cath-
 odrali, seu Parochiali Ecclesia ad
 Missæ sacrificium constituerit, & vbi
 non est, restituatur. *Prou. 4.*
2 Aliis in Ecclesiis interdictum oblatio-
 nis. *ibid.*
3 Ad consuetudinem retinendum, ob-

Nuncius Apostolicus.

- N**on debet exercere Diuina in Ecclesia Archiepiscopi sine eiusdem licentia. Congr. Rit. q. Martij 1593.

2 Neque potest ordinare clericos illius Provincie ordinibus sacris sine facultate sedis Apostolice, sub pena Com. Trident. Congreg. Concil. 16. April. 1653; Vide: Archiepiscopus.

Oblationes.

1 O Blationum institutum in Cathedrali, seu Parochiali Ecclesia ad Missam sacrificium constituerit ut, & vbi non est, restituatur. Proi. 4.

2 Aliis in Ecclesiis interdicatur oblationis. ibid.

3 Ad consuetudinem retinendum, oblatio-